

Pulchra species caule sesquipedali longè et racemosè 3-4 cephalo, folia inferiora 3-4 poll. longa 4-6 lin. lata, rami cauli adpressi subbiplicares, involucrum 6-9 lineas longum. Affinis *Sc. Ancyritanæ* a qua differt indumento hirtulo, foliis ovatis vel oblongis, floribus brevissimè pedunculatis, etc.

**TRAGOPOGON KOTSCHYI** Boiss.

Tr. glabrum multicaule caulibus pluribus cylindricis virgatis foliosis simplicibus erectis elatis, foliis inferioribus angustè linearibus gramineis plicatis subquinquenerviis longis, intermediis a basi elliptico-oblongâ longissimè acuminatis summis linearibus acuminatis, caule sub capitulis subincrassato, involuci phyllis 8 glabris lanceolatis acutis flores exteriores subæquantibus, acheniis marginalibus albis obsoletè squamoso-tuberculatis supernè sensim et modicè attenuatis, parte attenuatâ semine ipso breviori, pappo sordido achenio breviori.

Hab. in graminosis ad radices montis *Demawend* propè Ask et in alpibus occidentalibus montis *Elbrus* № 372 et 723.

Planta 1-1 1/2 pedalis, folia inferiora semipedalia 1-1 1/2 lin. lata, caulina 3-4 lineas lata abruptiusculè et longissimè acuminata, capitula magnit. eorum *T. brevirostris*, achenia 8-9 lin. tantum longa quo charactere huic speciei affine sed distinctum caulibus simplicibus, achenio apice tantum angustato nec rostro manifesto donato.

**TRAGOPOGON ACANTHOCARPUM** Boiss.

Tr. glabrum, radicis collo vaginato, caulibus tenuibus erectis simplicibus vel supernè parcè ramosis foliosis, foliis angustissimè linearibus plicatis gramineis longè attenuato - subulatis quinquenerviis, supremis brevibus a basi oblongâ subulatis, capitulis pedunculis foliosis suffultis, involuci demùm glabri phyllis circ. 10 lanceolatis subulato-attenuatis per anthesin erecto-patulis corollâ brevioribus fructiferis adpressis, acheniis acutè hexagonis ad angulos aculeis ascendentibus obsitis ad facies submuricatis in rostrum eis dimidiò brevius attenuatis, pappo sordido achenio paulò breviori.

Hab. in monte *Totschal* propè *Teheran* Kotschy № 592. Huc etiam probabiliter spectant specimina florifera sub № 82 ex hortis graminosis ad *Teheran*.

Habitu foliisque angustis simile *Tr. Kotschyi* sed folia caulina basi

vix dilatata, involucrum plurifolium et achenia validiora acutè angulata aculeataque nec teretia laeviuscula.

**TRAGOPOGON OLYMPICUM** Boiss.

Tr. glabrum basi simplex vel pluriceps, collo membranis petiolorum vetustorum stipato, rhizomate tenui verticali elongato, caulis pumilis infernè densiusculè foliosis, foliis infimis linearibus cæteris a basi latiori longè attenuatis rectis vel incurvis magne sæpè crispulis omnibus plurinerviis costâ mediâ latiori albidâ, capitulis mediocribus floriferis stellatim patentibus, involuci phyllis 8 infernè albotomentellis demùm glabrescentibus lanceolatis subulato-acuminatis ligulis luteis concoloribus paulò brevioribus, acheniis brevibus teretiusculis striatis acutè squamelloso-muricatis in rostrum eis brevius sensim attenuatis ad pappi basin tomentellis, pappo rufescenti achenium subæquanti.

Hab. in pascuis siccis montium Anatoliæ, *Olympos Bithyno* (Boiss.), monte *Davros* Pisidiæ et *Anemas* Lycaoniæ alt. 6000' (Heldr.). Probab. quoquè huc spectant specimina florifera e monte *Totschal* Persiæ borealis Kotschy N° 591. a. b. et c.

Caules 3-4 rariùs 6-7 pollicares, folia 1 1/2-2 poll. longa intermedia infernè 3-5 lin. lata, capitula magnit. *Tr. pusilli*, achenia 6-7 lin. longa. Affine præcedenti sed diversum caule pumilo, foliis brevioribus, acheniis non acutè angulatis. Habitu affine quoque *Tr. pusillo* MB. mihi quoad fructus ignoto sed hoc certè differt radice in tuberem oblongum infernè atttenuatâ nec tenuiter cylindricâ, foliis angustiùs et multò longius linearibus capitulum æquantibus.

**TRAGOPOGON PALÆSTINUM** Boiss.

Tr. pumilum, rhizomate tenui verticali, collo parcè vaginato pluricipti, foliis omnibus a basi linearibus plurinerviis patulo-revolutis pli-catis margine undulatis et sub lente tenuissimè denticulato-scabridis apice attenuatis radicalibus confertis, caulinis paucis abbreviatis, caulis monocephalis folia vix superantibus apice non incrassatis, involuci phyllis 8-10 lanceolatis acuminatis ligulas concolores flavas non æquantibus, acheniis acutangulis ad angulos breviter squamoso-muricatis in rostrum eis subbreuius abruptè attenuatis, pappo sordido achenio æquilongo.